



*Sted*

E libris  
**gymnasio Mauritiano Magdeburgensi**  
a venerabili  
**Carolo Funk**  
theol. doctore et gymnasii direttore  
a. 1857 hereditate relictis.

*G. f. 171.*



27

AVGVSTO PRINCIPI

FRIDERICO AVGVSTO

SERVESTANI ORBIS ET PROVINCIAE IEVERENSIS  
DOMINO GRATIOSISSIMO,

NATALIA GAUDIA

DE RVSSICI IMPERII HEREDE

PRINCIPE,

PAVLO PETROWITSCH,

AVGVSTAE SORORIS FILIO

IPSIS CAL. OCTOBR. ANNO MDCCLIV NATO,

GRATVLANTVR DEVOTISSIMI CLIENTES

PRIMVS ORDO

ALVMNORVM SCHOLAE ILLVSTRIS AD D. BARTHOLOM.

---

SERVESTAE, ANNO MDCCLV AD D. XXXI IANVARII.

AK



AVGVSTO PRINCIPIS

FRIDERICI AVGVSTO

CELESTINI QVINTI ET PROVINCIAE HEVRENTIS  
DOMINO GRATISSIMO

NATALIA GAVIDIA

DE RAVENNA IMPERII HEREDIS

PRINCIPIS

PAVLO PETROWITSCH

AVGVSTAE SORORIS FILIO


IN DIE CAL OCTOBR ANNO MDCCCLV NATA

GRATIAE DEVOTISSIMI CENSIT

PRIMVS ORDO

ALMA MATER SCHOLAE ILLVSTRIS AD D. PARTITIONEM

SEVASTOPOLIS ANNO MDCCCLV



uem super inuidiae nebulas, uiresque malignas,  
Euectum, coeli cura paterna regit!

Famaque praesignem cognatis scripsit in astris  
Spem patriae, iuuenum gaudia, uota senum:

Qvem non demonstrant spirantia, ducta metallo,  
Participem magni sanguinis, ora Patrum:

Sed quaerendum in SE, totus qui nobilis ex SE,

Igneae magnanimum uis docet ipsa DVCEM:

Cui seclum venae melioris prouida Virtus

Ducit, et ancipiti fronte uidenda regit.

Cui spondet geminis Constantia fulsa columnis,

Et Themide et liquida Religione, iubar.

Sospite quo validos firmat surrecta lacertos,

Desuetosque animat languida Musa choros.

Dum pia TE Pallas metuentibus ore salutat,

Effer adorandum, DVXQVE PATERQVE, caput!

Iam satis aethereo fulsisti mentibus altis

Sidere, ceu summis Sol micat ante iugis.

Nunc adrepentes humili de valle Camenas,

Quo Phoebus nubes dissipat, ore uide!

Sed quia non audent oculi, fulgore retusi,

Sistere se propius, corde micante metu:

TV firma FRIDERICE gradus animosque labantes,

Tu firma ad radios lumina lapsa TVOS.

TE fatis ut capiant, diuinis vertice nimbos

Exigua, Noster PHOEBE, reponere mora!

Sic quoque, cum patrios proles Clymencia vultus  
 Haud ferret, posuit Sol pater ore iubar.  
 Sentimus iam SVMME, Tuum, DVX pectore numen:  
 Iam cedit placido victus amore metus.  
 Iam Spes, laetifico mentis commissa tumultu,  
 In plausus furis dulcibus acta caler.  
 Iam divina quatit Maenas pia pectora thyrso,  
 Iam semet fugiens spiritus alta petit.  
 Ecce diem repetit faustam, quae Principis ortu  
 Splendidior nobis gaudia festa tulit!  
 Quem fata PRINCIPIBUS, nostri SOROR incluta PHOEBI,  
 Delicium MATRIS, iam quoque facta PARENS,  
**PRINCIPIS** in RVSSIS summi coniuxque decusque,  
 Lucina, in lucem coepta iuvante, dedit.  
 Laeta dies Fratri matris, Fratrilque mariti!  
 Laeta bonae Matri! laetior Imperio!  
 licet Hunc cecinit partum pernicibus alis,  
 Vecta per aerias nuncia Fama vias.  
 Sed tamen, ut iam fert aulae solennior ordo,  
 Interpretes fecit publicus ore fidem.  
 Quam didicisse caput nostris ter amabile terris,  
 Hospitis illustris publica cura fuit!  
 Murmure quam festo tormenta vomentia flammis  
 Hospitis adventum communere novi!  
 Quam praeclara sitis, nova suaviter aure bibendi,  
 Tentavit varii pectus et ossa chori!  
 Sic est! **MAGNE PVER**, RVSSI spes laetior ORBIS,  
 Vagitu primo maxima fata canis,  
 Dum, coeli pignus, nostris adlaberis oris,  
 Quisque Tuos ortus sideris instar habet.  
 Fama trecenteno natum Te gutture differt,  
 De TE spes victrix omnia laeta canit.  
 Adnue! nos quoque TE famulo celebrabimus ore,  
 Addita pars tuncis quantulumcumque TVIS.  
 Argumenta patent nostrae lactissima Musae,  
 Hic cum Sole novo pulchrior annus eat.  
 Alma Salus AVIAM TIBI, Spes et Vota bonorum,  
 (Ah! totidem gemitus vi superante mali!)  
 Respexit tandem, nostrum respexit et orbem,  
 Qui TANTAE fato statque caditque cliens,  
 Vivit! vivendi cui dat laus plurima causas,  
 Lux patriae, Pylis vivere digna dies.  
 Cum fato sua fata DVCIS connexa putarunt  
 Si recte cives, carminis orsa patent.

Vivit

Vivit nos gratis retinens Clementia vinculis,  
A PACE AVGENDA nobile nomen habens.  
DVX facer, aetatis flos, et Stator unicus altae,  
Quam servent precibus numina victa, Domus.  
Seu Matuta ferat reparata luce beatam,  
Seu condat seram Vesper et ipse diem:  
Acer, ad omne vigil, vitali strenuus aura,  
Emitat, et regni munia lactus obit.  
Quid nutrita patrum possit penetralibus altis,  
Quid vis ingenii, serior hora dabit.  
VIVIT magna tori confors, pulcherrima PRINCEPS,  
Cui dotes tribuunt IVNO, MINERVA, VENVS.  
Materies, AVGVSTA, pii per moenia voti,  
Seu SERVESTA Tui, IEVERA sive Tui.  
HASSIACVS sanguis, cultae dos splendida gentis,  
Quam Cypris Ambrosiis candida lauit aquis.  
Majestas Dominam grandis comitatur euntem,  
Concedunt formae tempora prisca suae.  
Simplex, puniceamque induta Modestia pallam,  
Temperat AVGVSTVM fronte nitente jubar.  
Praedulces ANIMAE, magnae triplex CHARIS aulae,  
Hic VOBIS voto dulcior annus eat!  
VIVITE! sic chorus hic quavis vos luce perorans,  
Pro dominis animae prodigus, usque precor!  
VIVITE! nec tenero tenerae quae fantur alumno  
Thespiades, versa spernite mente preces.  
TV quoque, cuius Hyperboreo vel jura dat orbi  
Majestas, nobis, ELISABETHA, fave!  
Indulge hunc animum, nostrisque vocata Camenis,  
Ad magnos ortus, ad TVA festa veni!  
Fallimur attoniti? an SERVESTAE sine relicto  
Stamus ad AVGVSTAM supplice voce, gradu,  
Quae premit imperio populos, qua nescia mergi  
Circumagit gyros purior urfa suos.  
Qua villos mulcens flavos glacieque rigentes  
Miratur dubios Sole abeunte dies.  
Stamus! et ad nutum, dia ELISABETHA, parati  
Infantes quærimur fila filere lyrae.  
Cum subit, et tories subit, quae copia laudum  
In TE fit, nostra ars redditur omnis inops.  
Vox Tua: NE PENDANT MIHI CRIMINA SANGVINE POENAS!  
Vox haec non hominem, vox sonat illa Deam.  
Adhue! quae rigida Zephyros emittis ab Arcto,  
Cui Sol averfus mollia corda dedit.

Cum,

Cum, qui terribili vel brumam pectore vincant,  
 Mitibus in terris sint Aquilone graves:  
**ELISABETHA** decus nostri indelebile secli,  
 Quae PAVLO PETRI, percipe, Parca canet:  
 Quem generosa notat compages, optima vultu,  
 Maturum Augustae nascere matris onus!  
 Crescat et eniteat speciosae gloria formae,  
 Majori ut tendit Sol novus orbe diem.  
 Sinceram prodas coelesti e femine mentem,  
 Pulcrior e pulcro corpore surgat honos.  
 Sic Cyrus, sic Turnus erat, sic pulcher Iulus,  
 Plurima sic fulsit gentis imago Tuae.  
 Sic Pater Augustus cello niter ore venustus,  
 Nativa specie sic decorata parens.  
 Indita jucundo se proferat ordine Virtus,  
 Ut coelum pandunt mane rubente fores.  
 Ut cum Paestano florum regina rosato  
 Irradians ramis gloria prima micat.  
 Adspectum dulcem tenero stipata fodali  
 Auget, cum tumido mille labella rubent.  
 Donec praegnantis succo saturata Favoni  
 Punicum pandit vis pudibunda caput.  
 Interea viridi lactens latet altera nodo,  
 Cui crescit sensim Sole tepente calyx.  
 Donec vulgato, flammam imitante pyropo,  
 Virgineam maneat praeda petita manum.  
 Sic Tibi succedant virtutum e femine flores,  
 Et flores fructus, noster Ephebe, ferant.  
 Vel Iovis irati subigens Clementia telum  
 Contineat firmo subdita regna jugo.  
 Circumspecta, senum dos, sit Prudentia praesto,  
 Infidiis haec est sola tremenda malis.  
 Qui colit incoctum generoso pectus Honesto,  
 Vsque suas partes Candor apertus agat.  
 Qualis erat quondam veteris Germanica secli,  
 Principe digna pio, comprobet acta Fides.  
 Vivida, quae gemino celebratur numine Pallas,  
 Ingentem dextram lege decente regat.  
 Misceat horribilem Mentis cum luce Gradivum,  
 Commonstres animos Marte vel Arte pares.  
 Sanguineum placido modereris Apolline Martem,  
 Musarum varies otia Marte bono.  
 Odyssio praestabit acinace PAVLVS in armis,  
 Sic Lunas condat nube biosotris avis.

Præbeat



Praebat Eusebie grauidos a numine sensus,  
 Mars sine qua nullus, nullus Apollo valet.  
 Ac licet impietas, dirusque Mezentius arae  
 Contemtor superet fortia facta Patrum:  
 Nil patriae Laribus magnis durabile spondet:  
 Luditur a luso numine factus iners.  
 Eripit alterius, quos perdat et ipse Penates:  
 Quicquid habet iusto nomine, funus erit.  
 Ludibrium in falsum quamuis accommodet olim  
 Aetherias leges, uerba tremenda Dei:  
 Ludibrii ipse sui causas cumulabit, et ante,  
 Quam putet, agnoscat vindicis arma poli.  
 Nec minus infucata odio sit Hypocriſis, orbi  
 Illudens, tectis ingenioſa dolis.  
 Flexibus ambiguis errans, ut tempora ſvadent,  
 Inponit populo, prodit et inde Duces.  
 Qui noxas Athei non odit, amet tua ſacra  
 Et ſtudii partes, caeca Laverna, Tui.  
 Prodomus es, claudit ſeruus Athens agmen!  
 Ortus unde petat filia, mater erit.  
 Hoc monſtrum Alcides, clava metuendus et armis  
 Oppoſito, a regni limite victor ages.  
 Sic florebis amans recti et pietatis avitae,  
 Nullaque ſors meritis fiet iniqua TVIS.  
 Herculei reddes compendia lacta laboris,  
 Addita Principibus gloria rara viris.  
 Ac velut Aetoum ſequitur Magnetica cautes,  
 Dulcis amicitiae foedere juncta, polum:  
 Et ferrum, arcanis nexum per mutua vinclis,  
 Hoc latus, haſ oras orbis amare docet:  
 Cauſa modusque rei latet, aeternumque latebit:  
 Sed tamē effectum prodit aperta fides:  
 Martius haud aliter, terrore et amore magiſtro,  
 Intentus RVSSIS orbibus orbis erit.  
 Orphea Threicium referes: adamante reuulſo,  
 Maxima, mota Tuo carmine, caſtra trahes.  
 Sic cecinere Deae, nentes fatalia PAVLO  
 Stamina: Sic Puero riſit et inde Sopor.  
 Vidiffes Charitas leni mulcere ſuſurro  
 Cunas, et nato baſia mille dare.  
 Et roſcas adflare genas, et ceſpite lecta  
 Panchaeco MATRI munera ferre piaec.  
 Sed revocate pedem faciles in vota Camenae,  
 Decurrant gyro jam breviorē rotae.

Longius

Longius est pudor hic vestra redolere lucerna,  
 Sat iuvit vestras utilis aura rates.  
**TV** puer, o magni soboles o magna parentis,  
 Qvi Matri mistum prodixit ore Patrem:  
 Cujus habent clarum placidi signacula vultus  
 Indicium, Mentis **TE** decus esse Bonae.  
 Cui Proceres surgunt, plaususque dat aula benignos,  
 Cui pia plebs votis irrequieta favet:  
 Tanta digne domo! sensim vestigia profer,  
 Qvo favor et populi prospera verba vocant.  
**MAGNI** in Te **PETRI** rediviva e funere Virtus  
 Surgat, et hoc fidus, viribus aucte refer.  
 Hoc juvenile, rudi deductum pollice carmen,  
 Interea placida fronte manuque cape  
 Qvi trepidis animos sverus concedere Mafis  
 Pierin ad **NVTAM** Dux **FRIDERICE** fovet!  
 Adspectu dignare **TVO** cum munere doni  
 Auctores parvi: mite levamen eris.  
 Siqve piae **TIBI** non surgent per tempora laurus,  
 Saltem humiles serpent ad **TVA** genua modi.  
 Planta **TVO** cecinit nutrita eductaque fundo;  
 Da Zephyros plantae, **PHOEBE** **BENIGNE**, **TVAE**.  
 Ni ceopto obstitit gravis inclementia Coci,  
 Si vitae Superum favorit aura **TVAE**:  
 Carminibus surget paulo majoribus olim:  
 Gratiar explicitis frondibus arbor erit!



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
rest. nicht vergeben!



1077

R.40



AVGVSTO PRINCIPI  
FRIDERICO AVGVSTO

SERVSTANI ORBIS ET PROVINCIAE IEVERENSIS  
DOMINO GRATIOSISSIMO,

NATALIA GAVDIA

DE RVSSICI IMPERII HEREDE

PRINCIPE,

PAVLO PETROWITSCH,

AVGVSTAE SORORIS FILIO

IPSIS CAL. OCTOBR. ANNO MDCCLIV NATO,

GRATVLANTVR DEVOTISSIMI CLIENTES


PRIMVS ORDO

ALVMNORVM SCHOLAE ILLVSTRIS AD D. BARTHOLOM.

SERVSTAE, ANNO MDCCLV AD D. XXXI IANVARII.

AK

Non captem  
est  
utros.  
ihibi: signat  
cta



Non ranc  
lacobum  
Defne can

